pectore Cygni [quod ego propter viſum meum in longinqua debilem, nec affirmatum cupio nec negatum] de reliquis tamen duabus idem qui affirmârit, notum mihi fateor neminem. De Cometis autem ut & de via lactea tractatiunculam mox prodituram, tùm aliis de cauſis, tùm quia in ea diligentiorem correctionem & quaſi privatam informationem Præceptor hic noſter deſiderat, reſervatam volo.

DEO, interim, qui hactenus nos in veritate duxit,
ſit Laus, Honor & Gloria in ſecula
ſempiterna!

Ad Præſtantiſſimum & Doctiſſimum DN. Reſpondentem.

DEntibus Invidiæ pruritum reddimus omnes
Qui ſcriptis publicis nomina noſtra damus.
Aut eadem aut ſimilis fortuna eſt obvia, ſi quis
Excoluit ſtudiis pectora docta bonis.
Quid nos? Hiſpani faciamus noſtra Poëtæ
Rumpatur quisquis rumpitur invidia.

Congratulans

M. Abdias Trevv, hujus Diſputationis Præſes.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn333536207/28
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG